

& sacrilegium in dn̄m suum noluit uindicare eo
quod in domo michę ephod & theraphim quae
pro idolis adorabantur neglexerit. Hic igit̄
stet isrl. ibi suum repressit gradum. ne ultra
ambulare in uiis dn̄i. Idcirco non eos compre
hend & propter gabaa proelium siue captiui
tas. sicut ipsi putant. Ibi enim bene fecerunt ut
persequerentur filios iniquitatis. Sed corripiam
inquit eos atq. erudiam tota mei animi uolunta
te. & congregabo aduersus illos populorum mul
titudinem. quia duas fecerunt iniquitates uin
dicando hominem. & dī sui iniuriam neglegendo.
siue duas iniquitates. quia primum peccauerunt
in idolis micha. secundo in uitulis hieroboam.
uel certe duas iniquitates duos uitulos samarię.
Indan & b & hel. possumus duas iniquitates ap
pellare. De quibus & hieremias loquitur. Duo
& pessima fecit populus meus. me dereliquerunt
fontem aquae uiuae & foderunt sibi lacos contri
tos. qui non possunt aquas continere. Haeduae
iniquitates contra duo decalogi erupere prece
pta. in quibus dicitur. ego dn̄s ds̄ tuus. non er̄
tibi dii alii absq. me. LXX. gabaa colles inter
pretati sunt. A diebus ergo collium peccauit
isrl. quando montes ecclae dereliquit. & ad
colles siue cliuos discendit hereticos. doctiorē
se putans quam ecclesia est. & sublimius aliquid
reperisse. ibi steterunt. hoc est in errore per
seuerauerunt. Quodq. sequitur non compre
hendit eos in colle proelium. Quidam sic in
terpretati sunt. quia genuerunt filios iniqui
tatis & de eccla recedentes ceperunt ēē in collib;
cum persecutio uenerit non eos comprehendit
proelium. diabolo suos impugnare nolente.
Alii ita. Quō ex diebus collium peccauit isrl.
& ibi stet. & ultra ambulare non potuit.
nonne oportet eum in collibus a proelio com
prehendi. nonne debent pugnare aduersū eū
uiri ecclesiastici ut illos destruant super fi
liis iniquitatis. Qui si fuerint comprehensi
& superati ultra generare non poterint. Si
mulq. dn̄s pollicetur quod corripiat eos atq.
erudiat. Ut cum superati fuerint magistri.
congregentur aduersus eos discipuli sui. quos
ante deceperant. & uideant correptionem propt̄
duas iniquitates. quia & ecclām fontem dn̄i re
liquerunt & foderunt sibi lacos contritos.
Speluncas scilicet hereticorum qui non possunt
aquas idest doctrinam saluatoris & sacra
mentum baptismi continere.

Ephraim uitula docta diligere trituram.
& ego transiui super pulchritudinem collieī.
& ascendam super ephraim arabit iudas con
fringit sibi sulcos iacob. LXX. Ephraim
uitula siue uacca. & enim quod hebraice dicitur
egla. idest MOXAC. & AAMAAIC utrumq.
significat. Ephraim ergo uitula educta dili
gere contentionem. ego autem ueniam super
pulchritudinem collieius. super ponam ephra
im reticebo iudam roborabitur sibi iacob.
Locus iste immo omnia quae hoc capitulum
secuntur magnis obscuritatibus inuoluta sunt.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0095